

Ex obitu  
 Conjugis desideratisimæ  
**ANNÆ KUNI-  
 GUNDÆ,**  
 natæ GÖRINGIÆ,  
 Viduum maxime consternatum  
**JO. BENEDICTUM  
 CARPZOVIUM,**

S S. Theol. Doct. & Prof. Publ. Colleg. Maj. Princi-  
 pum Collegiat. Academiæ h. t. Præpositum Magnum,  
 ut & ad D. Thomæ Pastorem,

*erigere conantur*

Ex ordine Professorio  
**COLLEGÆ ATQVE AMICI  
 CONJUNCTISSIMI.**

*LIPSIAE,  
 Literis CHRISTIANI SCHOLVINI.*

*JO. OLEARIUS D.*

*E*

*D. O. OLEARIUS NIC. LITTI P. B.*

## An die Seelige.



Er Heiland fähret heut mit Jauchzen in die Höhe;  
Sie drücket in die Erd' ein schwärer Leichen-Stein:  
Nicht / daß es anderst Ihr / als Ihrem Haubt / ergehe;  
Wo das / da sol auch Sie / sein liebstes Gliedmaß / seyn.  
Er schwingt sich in die Höh; und ruht doch auch hienieden:  
Das Grab der Heiligen ist sein wellebtes Zelt.  
So bleibt ihr Geist und Leib von Ihm dann ungeschieden;  
Dieweil Er jenen dort / den hier bey sich behält.

Christoph Pfauz / P.P.  
und jezo Rector der Universität.

## Ad mœstissimum Dn. Viduum.

**C**osta Tua abripitur diræ per Spicula mortis  
Hinc ex mœstitudine corde animoque gemis.  
**C**Nos quoque Sors eadem brevi abhinc contorsit acerba.  
Ut suspiria adhuc pectore multa ruant.  
Sed quid? Supremus Rex cœli hoc omne peregit.  
Hic Costas nostras duxit ad astra poli.

Georgius Mœbius, Th. D. & P.P.P. Fac. Th.  
Senior, Ecclesie Cathed. Misnenf. Canon. Acad. Decemvir.  
& Alumn. Electoral. Ephorus.

**S**ancta igitur tua sic, CARPOZOVI, facta Racheli  
Promeruit statuam par CUNIGUNDA parem.  
Utraque erat speculum-mpliebris nobile sexus:  
Fida in vento DEO est utraque, fida Viro.  
Chara proinde DEO fuit utraque, chara Marito:  
In dubiis animus fortis utrius fuit.  
Distinctos petiit post partus utraque mortem:  
Atque utriusque datum est in statione mori.  
Utraque discedens post se relliquit amoris  
Oravitque suo pignus habere loco.  
Nunc Paradisiacos translata hinc utraque in hortos  
Salvisqæ fidei præmia digna capit.  
Officio pulchre CUNIGUNDA est funeta Rachelis:  
Tu nunc Isacidæ pectora sume tibi.  
Consolare DEI tua damnæ domestica verbo,  
Et rellicta loco pignora Matris ama.  
Non hoc solamen solamine certius ullum est:  
Nec statui hac statua pulcior ulla potest.

In solarium mæstissimi Vidui, Collegæ, Compatriis, atque Affinis  
sui honoratissimi: mortem præmaturam pientissimæ Conjugis  
ejus collugens scribebat

JO. OLEARIUS, D.

**D**eciduos, Vir Magne, vides nonne arbore flores?  
Sed deflorendo non perit ista tamen;  
Fit frugi potius. Quid luges Conjuge raptâ  
Morte Tibi? vere hæc arboris instar erat.  
Ut defloruerit; fructus tamen illa beatos  
In summo æternum fertque feretque Polo.

D.Gottfr. Nic. Ittig, P.P.

211

549.

## An den hochbetrübten Herrn Wittwer Madrigal.

Wenn oft der kluge Rath  
Dem besten Arzt will unzulänglich scheinen  
Sich selber zu curiren/  
So solte fast bey diesem Zustand meynen/  
Er werde Trost und Rath verlieren.  
Allein Er fühlet in der That  
Des Wortes Krafft / und was betrübten Herzen  
Aus Gottes Apotheck ist mehr als Bezoar.  
Womit er längst gelindert freimbde Schmerzen/  
Das kan Ihn gleichfalls ißt ergözen.  
Was demnach quehlt  
Und annoch unserm Fleisch und Blute fehlt/  
Wird Gottes Geist/der Troster / selbst ersehen.

D. Andreas Mylius.

### BEATISSIMA ad

#### MOESTISSIMOS:

PRÆSIDIUM & DECUS OMNE MEUM, BENEDICTE, SUPERSTES  
SIS PORRO, & PROLES SIT BENEDICTA MEA!

*Ex sincera sympathia scribbam*

D. Andreas Petermann / P.P.

#### Ad moestissimum Viduum.

EST durum, fateor, costam deperdere: Cordis  
Nec vulnus mordaci absque dolore datur.  
Attamen adversis in rebus sola levamen  
Fert pietas, nutu sed comitata Dei.  
Sivires, haud, credo, esse potest mortale, quod optas:  
Cuncta Tibi Jesus, & mihi, solus erit.

D. Augustus Qvirinus Rivenus,  
*Physiolog & Botan. P.P.*

EVOLET, ascensus legat & vestigia Christi  
Hæc anima æterni; vox morientis erat.  
Dixerat, & placido subvecta per æthera cursu,  
In DOMINI amplexum, svavis Amica, ruit.

Sed

Sed quænamq; spectanda manent vestigia? Christi  
Indeflexus amor, nec temerata fides.

*omnigraeas declamanda studio scrib.*

L. Ant. Günther Heshusius, P.P.

**U**xor cum moritur, quasi ver aufertur ab anno:  
Est sine Vere annus, nil nisi tristis hiems.  
Jam cum CARPZOVI vernans intercidit uxor,  
In medio brumam Vere maritus agit.  
Ast ea prospectans Paradisi sedibus, inquit:  
Quam mihi Vere placet vivere perpetuo!

*In Honorem debitum ac solatum scribebat*  
**L. Johannes Cyprianus P.P.**

**A**nte dies tumulo infertur Carpzovia Conjux,  
Conjux vita Viri, gloria, pignus, amor.  
O fatum! quid agat Doctor sanctissimus? est mens  
Nixa Deo, ast oculus solvitur in lacrymas.

*Debitæ observantiae gratia scriptit*  
**L. Jo. Schmidius, P.P.**

**V**ive defunctos & dulcem carpere somnum  
Sunt Paradoxa malis, haud Paradoxa piis.  
Verba DEI testantur, quod CARPZOVA Conjux,  
— **vivat agatque DEO.** *Ezech. XXIV, 16.*  
Vivet & in gnatis virtus materna, Maritus  
Vir sanctus videat fata beata precor!

*honoris & boni ominis causâ*

**M. Valentinus Friderici, Sanctæ Lin-**  
**guæ Prof. Publ.**



Ex obitu  
 Conjugis desideratisimæ  
**ANNÆ**  
**GUN**  
 natæ Gö  
 Viduum maxi  
**JO. BENE**  
**CARPZ**

S S. Theol. Doct. & Prof  
 pum Collegiat. Academias  
 ut & ad D. T

erig

Ex ordin

**COLLEGÆ**  
**CONJUN**

Literis CHRISTI

© The Tiffen Company, 2007

**TIFFEN® Color Control Patches**

Centimetres

Inches



Princi  
 n,